Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35415
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

vixero sibi tamquam domino meo
fideliter servire promitto / Sim-
autem ille ait Ego sum mathias
apostolus quem hodie pro nomine contemp-
sisti / nunc autem bonum pro malo red-
dam · et ipsum manu extensa
de periculo mortis liberavit
et ipsum subito in civitatem iherusalem
transportavit precipiens ut ibi
socios suos expectaret quos post
multos dies ibi venientes ipsum
recognoverunt et deum laudaverunt
Ille autem sanctum mathyam dein-
ceps in magna reverencia ha-
buit pre aliis sanctis et deo devo-
tissime semper serviebat Et sic
habes quod sanctus mathyas habet
potestatem in celo in terra et in
inferno etc. Sermo secundus
Tu domine qui nosti co-
rda hominum etc. actuum
Hodie in ecclesia agitur
de duabus personis scilicet de Iuda
qui est de honore suo detrusus
et hoc propter maliciam suam · et de
sancto Mathya · qui ad honorem
apostolatus sublimatus est et hoc
propter sanctitatem suam · Secundo
quod Iudas inter cetera meruit privari
honore suo · Primo propter avari-
ciam · quod notatur quod ductus cupi-
ditate pecunie / Christum vena-
lem exposuit dicens / quid vultis
michi dare etc. Stultus nego-
ciator fuit qui illud pro modico
vendidit · scilicet pro 30 denariis

in quo sunt omnes thesauri
sapiencie et sciencie absconditi / Nonne
esset stultus negociator qui haberet
unam margaritam que virtute
sua valeret mille argenteos
que eciam omnes infirmitates sua
virtute sanaret / venderet eam
pro una palea terre / stultissimus
esset Sic fecit iudas qui ven-
didit christum pro xxx denariis
Habuit enim stultum et durum
cor · Unde verum impletum est in eo
illud Job · Cor eius indura-
bitur quasi lapis / Unde dicit quasi
lapis / Sicut enim lapis ex
natura sua semper tendit infra
sic cor iude propter duriciam suam
traxit eum infra · i · in infernum
ubi numquam plus resurget //
Miramur nos omnes quod Iudas
vendidit dominum 30 denariis
et non miramur quod nos vendi-
mus cottidie non pro 30 sed quandoque pro
uno vel dimidio denario //
quandocumque vel quociescumque
fratrem tuum decipis / vel proximum
tuum scienter / vendis christum
Quandocumque periuras vendis christum
Quandocumque claudis viscera misericordie
proximo tuo vendis christum
Et sic plura / Vide ergo homo
quociens vendidisti christum
peccatis tuis propter duriciam tuam
Ecclesiastici · Cor durum male habebit
in die novissimo / malum cor